



**Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē**

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiaē, 1697**

Cap. LVII. Monitio, monitorium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

P.

Monachus in diversis monasteriis esse non potest, cap. ult. extr. de relig. domi. 6. Dicitur enim *ut G.* id est, solus, & *et G.* id est, tristis, quasi solitarius & tristis, c. placuit. 16. q. 1. & ideo singularis dicitur, quia debet vitare hominum multitudines, cap. si quis 16. quæst. 1. Unde & non docentis, sed plangentis officium habere dicitur, c. monachus 16. quæst. 1. aliud enim est Monachus, aliud Clericus, cap. tanquam 33. in fin. de consecrat. dist. 5.

VII.

Per Monachatum quis non mutat conditionem priorem, Felin. in cap. cum 1. §. A. col. 5. in princ. vers. pro obligatione. extr. de re judic. per cap. ut officium 11. §. ad conscribendas de heret. in 6. Si enim prius erat obligatus, factus monachus, nihilominus solvere tenetur. Ludov. Gomez ad §. in personam. insl. de act. n. 15. Hinc monachum factum Episcopum non desinere, Episcopum quoad substantialia, refert latè Jaf. in Aurb. ingressi in 2. col. n. 8. C. de SS. Eccles. per text. in c. monachus 15. 16. q. 1.

VII.

Monasteria non habent speciale territorium, sed sunt de territorio Magistratus vel domini, sub quo sita sunt, Abb. in cap. cum contingat. n. 29. de for. compet. Jaf. in l. 3. in pr. n. 36. §. 37. ff. de acquir. hered. Welenb. conf. 4. num. 71. num. 13. Dec. conf. 528. n. 2. Boer. decis. 31. n. 2. Bald. c. intellecto. n. 2. de iurejur. Andr. Knichen. de iure superiorit. c. 4. n. 439.

## CAP. LVI. De Monetâ vid. infr. Pecunia.

### Axioma I.

Quoties mutata bonitas monetæ intrinseca, toties inspiciendum est tempus contractus, i. e. nummi restituendi, qui æquent bonitatem, nummorum tempore contractus. Quia in mutuo idem restituendum vel simile: simile verò sic tantundem non restitueretur, si non eadem bonitas præstaretur. Ita qui mutuo accepit 100. thaleros eo tempore, cum thalerus eousque depretiatus esset, ut non nisi octo grossos valeret, ille hodie, ubi thalerus est XXIV. grossorum, non nisi pro tribus ejusmodi thaleris unum restituere tenetur.

II.

Quoties bonitas extrinseca mutata, toties inspiciendum tempus solutionis, quia aucta seu diminuta æstimatione pecuniæ augetur seu diminuitur etiam, aut certe augeri ac diminui debet æstimatione mercium. Quia igitur eodem valore, quò debitor accepit, procul dubio eas vicissim exposuit, ergò nullum pati videtur damnum. Brunnem. Exerc. 17. ad Instit. tit. 15. n. 21. Ita ergò si thalerus mutuo datus tunc temporis valuerit XXX. grossos, hodie vero

XXIV. sufficit, si hunc valorem restituerit debitor, & contra.

III.

Quoties similes nummi, quales accepti, restitui possunt, toties mutatio valoris non attenditur, quia sic ex naturâ mutui sufficit, rem eodem genere & quantitate restitui.

IV.

Quoties iidem nummi, qui accepti, haberi non possunt, toties tantus restituendus est valor, quò illi nummi, si haberi possent, in præsens possent expendi, quia sic non lædatur creditor, cum in effectu eosdem nummos recipiat.

V.

Quoties creditor nullum damnum est passurus, toties tenetur nummos in aliâ formâ accipere. l. debitorum 99. ff. de solut.

Ratio consistit in naturali æquitate, & in eo, quod creditori non nocet, mihi verò prodest. l. 2. §. 5. ff. de ag. §. aqua plur. arcend. Ita igitur pro auro ad pondus accepto poterit reddi pecunia aurea, si non noceat creditori; è contra pro merce præsentis pecuniâ sub fide habitâ venditâ, non poterit postea, si valor diminutus, alia solvi pecunia, quia læderetur creditor. Carpzov. P. 2. conf. 18. des. 6.

VI.

Monetæ appellatione venit usualis currens in loco statuti. Dd. in l. un. C. de ver. num. pot. ita Gilden non de aureis in auro, Goldgilden sed de monetâ usuali landläufige Gilden intelligitur, nisi expresse fiat mentio auri. Verba verò, vollwichtige Rheinische Gilden / oder Rheinisch in Gold / gut von Gold / schwer von Gewicht / rechtgewogene Rheinische Goldgilden dem Landwehrung / in instrumentis, licet & obligationibus accipiuntur de aureis in auro. Myns. cent. 1. obs. 65. & cent. 5. obs. 83. per verba quoque, harte vollwichtige Thaler / Reichs Münz / intelliguntur thaleri in specie, Theßaur. decis. 174. n. 5. Surd. conf. 220. n. 4. P. Frid. de process. Cam. L. 2. C. 63.

VII.

Creditor hodiè ultra 25. florenos in minutâ pecuniâ recipere non cogitur. Rec. Imp. de Anno 1559. §. die letztgemeldte Reichsmünzen II. & §. Es soll auch niemand 32.

VIII.

Jus monetandi domini inferiores ex privilegio vel præscriptione habent. Vultej. de feud. cap. 5. n. 7. Idque alteri vendi, locari vel cedi nequit. Rec. Imp. de Anno 1559. §. ferner als sich. 86.

## CAP. LVII. Monitio, monitorium.

### Axioma I.

Monitoris personam non rectè suscipit, qui verbis & non operibus docet. cap. nemo 2. distinct. 81.

U u 3

II. Mo.

## II.

Monitorium non executum juxta formam in eo præscriptam non officit Dd. in l. 4. §. Prætor ait ff. de damn. infect. Rot. Roman. de dol. & contum. decis. 8. in novis. Achill. de Grassis decis. 144. alias 14. de dolo & contum. Caputaq. decis. 11. n. 1. Ratio, quia ubi prima citatio est invalida, nec contumacia inducitur, nec sententia contumacialis facit contumacem haberi pro confesso, nec ullo pacto exequi potest. Bald. in l. 1. ff. si quis jus dicent. non obtemp. Afflict. decis. 2. n. 6. Grammat. decis. 79. n. 10. Foller. in præct. crimin. verb. et si confitebuntur. ill. 3. n. 19. Nell. de bannit. in 3. part. prim. tempor. quæst. 2. Natt. conf. 540. n. 26. Boff. in tit. de bannit. nullit. in pr. & n. 1. & tit. de citat. n. 13. Clar. in pract. §. fin. q. 31. pr. Decian. conf. 18. n. 30. & seqq. lib. 1.

## III.

Monitio privationem juris quæsitæ semper præcedere debet, Arelin. conf. 147. Bald. Aurb. hoc amplius. C. de fideicommiss. Cravett. conf. 6. plura n. 103. ita in feudis quoad privationem feudi Domini trina monitio præcedat necesse est, cap. 7. ubi gloss. & Dd. de milit. Vassall. cap. 1. §. fin. de pac. jur. firm. Clem. 1. de vir. & honest. Cler. Jason. in Aurb. qui rem. n. 5. vers. Limita ramen. Cod. de SS. Eccles. & in prælud. feud. Curt. jun. conf. 138. col. penult. per tot. Quod si quis hoc per distinctionem cum Gram. decis. 104. num. 27. declararet, quod quando Lex loquatur affirmativè, scil. quando imponat poenam pro facto affirmativè, ut puta quod furans puniatur, vel male tractans subditos feudo privetur, monitio ad incurrendam poenam non requiratur; secus si lex loquatur negativè, puta si quis non fecerit, tali puniatur in actu. Talis tamen distinctio in feudis locum habere non potest. Licet enim delictum sit in committendo, nihilominus tamen monitio requiritur. Matth. de Afflict. post Bl. allegat. in C. A. 1. conf. 26. n. 41. ita ad trinam monitionem usque retinet Clericus privilegium, c. contingat 45. extr. de sent. excomm. ita monitiones tres, quæ habent intervalla dierum sive una pro tribus, præcedere debent excommunicationem, cap. constitutionem 9. in fin. de sent. excomm. in 6. idem dicendum esse de vindicta, ut eam præcedat monitio, ajunt text. in cap. extr. de for. compet. cap. indigne. pr. caus. 12. quæst. 2. c. Clerici 3. extr. de Cler. Excomm. & quidem Trina, cap. si autem. extr. de cohabit. Cleric. cap. sed nec 4. extr. Ne Cler. vel Monach. cap. 1. extr. de Treug. & pac. sicut & ea accusationem, cap. accusario in med. 2. n. 7. poenam. c. 26. cap. cum speciali 68. extr. de appellat. & denunciationem cap. qualiter 24. in fin. extr. de simon. præcedere solet; nisi enim præcesserit denunciationem denunciatus repellitur, cap. licet 31. extr. de simon. cap. in præsentia 46. extr. de sentent. excommunic.

## CAP. LII. De Monopoliis.

## Axioma I.

Quæcunque monopolia sunt privata, illa sunt prohibita L. un. Cod. de Monopol. Recept. Imper. de Anno 1548. & 1577. tit. 18. Publicaverò monopolia in salutem Reipubl. valent. Sic monopolium salis principibus & magistratibus concessum. Fach. 1. conf. 6. num. 7. & conf. 117. num. 20.

## II.

Monopolium exercent (1.) qui speciem aliquam emunt ut foli vendant. (2.) qui prohibent, ne quis exerceat artem suam. (3.) Qui dolo efficiunt, ne necessaria ad forum deportentur. (4.) Aromatarii, artifices, pistores, caupones per pacta illicita. (5.) Laniones qui carnem inflant vel retinent. (6.) Annonæ fraudatores & flagellatores, Decian. Tr. Crim. L. 7. cap. 20.

## CAP. LIX. De Monstris.

## Axioma I.

Quicumque partus contra formam humani generis est editus, ille liberis non est annumerandus, quia non sufficit partum à parentibus esse editum, nisi quoque formam humanam sit præditus. Ita ergo qui capite vitulino vel suillo nascitur, jura liberorum non habebit, inde nec parentibus succedet, nec testamentum rumpet, L. 3. in fin. C. de posth. hered. instit.

Limita, ut procedat si agatur de præmio ob monstrum editum capiendum, non si agatur de evitanda poenâ orbitati in Republ. statuta L. 13. ff. de V. S. Conf. Hahn. ad Wesenb. Tit. de statu bom. num. 3.

## CAP. LX. Montes.

Montes sunt fines s. termini æterni, in quibus semel verum, semper præsumitur esse verum, Bald. conf. 420. n. 1. & 468. in pr. & c. cum causam. n. 3. de probat. Alciat. in tract. de præsumpt. 2. reg. 2. præf. 13. in pr. Bertazol. 1. consulti. decis. conf. 41. num. 31. Wesenbec. 1. consil. 34. num. 57.

## CAP. LXI. Mora.

## Axioma I.

Mora est delictum omissionis. Hering. in tract. de fidejuss. c. 24. n. 120. & tantum nocet debitori, non etiam creditori, qui in mora non est. Exempl. vid. in L. commissoria & legato penoris apud Wesenb. in parat. ff. de l. commissor. & de pen. legato, num. 2.

## II.

Mora cuique sua, non alteri nocere debet, L. mora 32 ff. de Usur. l. in condemnatione 173. §. undecunque 2. ubi Dec. & Dd. ff. de R. l. cap. mora 5. de R. l. in 6. Carpzov. part. 2. constit. 19. definit. 2. num. 6. & part. 3. constitur. 34. definit. 9. n. 6. nocet tamen heredi, etiam eo casu, si nominatus